

et buzonaue uel alio ligno a ducentis (16) milliariis et
inde supra.

St. Tarr. 1.

(16) naue et ligno alio cohopto de CC

*XLV. Similiter qualiter rectores extra Uenecias ire
tenentur ad mensurandum naues et alia ligna (1).*

Decernimus quod potestates, duce [sic], baiuli, castellani (2), rectores, uel eorum consiliarii (3), qui pro nobis et comuni Ueneciarum extiterint in terris in (4) quibus naues Ueneciarum fuerint, ire debeant (5) ad mensurandum naues postquam caricate fuerint causa sui uiatici (6) faciendi; et si plus aliquam nauem caricatam inuenient (7) de statuto, illud plus quot millaria uel kantaria fuerint extimabunt, et pro quolibet millario uel kantario illius superflui a patronis ipsius nauis suscipere debeant duplum nauili pro || illa quantitate recepti (8); semper se A. 206 tenentes ad carius naulum quod in ipsa naue fuerit (9) naulizatum. Quam penam nobis pro comuni Ueneciarum quam cicius poterunt bona fide mittere teneantur; uel si penam ipsam auferre non poterint (10), nobis suis litteris intimare, et nos cum nostro consilio infra quindecim dies postquam noticiam habuerimus, penam predictam (11) a patronis quorum naues erunt, uel (12) quibus commisso fuerint auferre uel auferri (13) facere teneamur. Uidelicet: de (14) nauibus que caricabuntur in

Var. in Q: (1) LVI. Quod potestates duces, baiuli, castellani, consules debeant naues mensurare. — (2) baiuli, consules et — (3) ipsorum consiliarii — (4) fuerint in terris — (5) d. i. — (6) f. c. causa suum uiacium — (7) plus nauem inuenient caricatam — (8) plus extimabunt Q. 93 quo 1 millaria uel cantaria fuerint, et totum superfluum in duplum nauili accipere debeant a patrono nauis — (9) naullum q. in i. n. fuerint — (10) mittere b f. q. c. p. t.; si tollere non poterint penam illam — (11) ris intimabunt, et nos infra XV dies postquam sciuerimus, — (12) ab illis aggiunto. — (13) commisso f. accipere uel tolli — (14) a —